



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Gratulationes de Augustano profectu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Gratulationes
de Augustano
profectu.*

*Pontificis de
eo laetitia.*

rum rituum veriq; cultus affectatores, quod nulla in Imperio Ciuitas, quæ ad Lutherum semel decurrasset, pari gradu se referret ad Christum. Quod sane admiratione non carebat, cum essent vel duodecim Augustæ, qui cathedram pestilentia infunderent, ferme etiam decuplo maior, ut supra quodque prodidimus, aduersariorum numerus, eorumque opes, & vires maximæ: contentio, fraus, violentia summa, ut clam, palam hostili animo, haeretica peruicacia insectarentur, qui ex propheta ipsorum synagoga ad sanctam Christi Ecclesiam transitum vel fecerant, vel parabant. Denique sententiam omnium erat sententia permagni referre, ut primaria illa Respublica, in quam totius Germaniæ & oculi, & animi ferme intenti essent, talem haberet Ecclesiasten, atque Doctorem, cuius autoritas, præterquam quod longe, lateque clareret, simul aduersariorum in ea vrbe, circaque obscuraret doctrinam, prohiberetque conatus; simul recte sentientes intra religionis septa contineret. Itaque & qui præsentis aderant Catholici rei amatores, officiosissimis verbis, & absentes quoque per litteras tam optatum Canisio bonorum laborum eventum gratulabantur. Ipsemet Pontifex Pius

Quartus